*Præf.*—*Et te in Venerat...*

- 17 Fer. 6. *P. D. (Quat. Tempor. Jejuniū)* Indulg. Plen. Rub. S. Eusebii Ep. et M. sem. (assig. ex her.) Ll. 1. N.—*A Mileto...* 9. l. et com. fer. Ad Prim. *Prec.* In Miss 3.<sup>a</sup> orat.—*Deus qui de Beatæ Mariæ...* Ult. Evang. fer.—Vp. seq. com. præc. et fer. aña.—*O Sapientia...* orat. Dom. præc.—Ad Complet. et alias Hor. termin. Hymn.—*Virtus, honor, laus...* *Deo Patri...* *In sæculorum...* ¶ ad Prim.—*Qui venturus es...*
- 18 Sab. (*Quat. Tempor.*) Alb. Expectat. Partus B. M. V. dup. maj. (Hisp.) 9. l. et com. fer. In Miss. Cr. Præf.—*Et te in Expectat...* Ult. Evang. fer.—In Vp. com. seq. aña.—*O Adonai...*
- 19 Dom. 4. *Adventus.* (Ind. Plenar.)—2. clas. Viol. (sin. Dalmat. nec organ.) De ea sem. Omn. ut in prop. et Psalt. 9. r. sine—*T' e Deum...* Ad Prim. addunt. Psalm.—*Confitemini...* et *Quicunque...* ac *Prec.* Miss. sin.=*Gloria in excelsis...* 2.<sup>a</sup> orat.—*Deus qui de Beatæ Mariæ...* 3.<sup>a</sup>=*Ecclesiæ vel pro Papa.* Cr. Præf. *Trinitatis.* In fin.—*Bmus Dño...*—Vp. seq. aña.—*Ego Plantavi...* com. S. Petri Ap. aña.—*Tu es Pastor...* ¶—*Tu es Petrus...* præc. ac fer. aña.—*O Radix...*
- Cebú.**—Vp., seq. com. præc. aña—*O Radix..*—Ad Complet et alias Hor. termin Hymn,—*Jesu tibi,..* ¶ ad. Prim.—*Qui natus es ..*

- 20 Fer. 2. (Vigil S. Thomæ Ap. de quan  
nihil in Offic.) *Rub.* Commemor. S.  
Pauli Ap. *duq. maj.* (ex 30 Jun.) Offic.  
ut ibi. com. S. Petri Ap. aña.—*Tu es  
Pastor...* ¶.—*Tu es Petrus...* et fer. In  
Miss. 4.<sup>a</sup> orat. Vigil. *Cr.* Praef. *App.*  
Ult. Evang. Vigil.—Vp. seq. com.  
præc S. Petri Ap. aña. ut ad Laud.  
ac fer. aña.—*O Clavis...* orat de Dom.  
præec et sic deinceps.

**Cebú.**—*Alb.* Fest. B. M. V. de Guadalupe,  
*dup. maj.* (ex 12 huj.) Offic. ut in fin SS.  
Hisp. Ad Matut. aña 9.<sup>a</sup> *Angelus Dñi...* com.  
fer. In Miss. 3.<sup>a</sup> orat. Vigil. *Cr.* Praef.—*Et te  
in Festivit...* Ult. Evang. Vigil.—Vp. seq. com.  
et fer. aña,—*O Clavis...* orat. de Dom. præc,  
et sic deinceps.

- 21 Fer. 3. *Rub.* S. Thomæ Ap. *dup.* 2.  
*clas.* Offic. ut in prop. com. fer. aña.—  
*Nolite timere...* In Miss *Cr.* Praef.  
*App.*—In Vp. com. seq. et fer. aña.—  
*O Oriens...*

**Cebú.**—In Vp. com. seq. S. Petri Ap. aña —  
*Tu es Pastor...* ¶. *Tu es Petrus* et fer. aña.—  
*O Oriens...*

- 22 Fer. 4. *Rub.* Decollat. S. Joann. Bap-  
tistæ *dup. maj.* (ex 29. Aug.) Offic.  
ut in prop. com. fer.—In Vp. com.  
seq. et fer aña.—*O Rex...*

**Cebú.**—*Rub.* Commemorar S. Pauli Ap *dup.*  
*maj.* (ex 30 Jun.) Offic. ut in prop. com. S.  
Petri Ap. aña.—*Tu es Pastor...* ¶.—*Tu es Pe-  
trus...* et fer, In Miss. *Cr.* Praef. *App.*—Vp. à

cap. seq. com. præc. S. Petri Ap. aña ut in  
Laud. et fer. aña—*O Rex...*

- 23 Fer. 5. *Alb. P. D.* S. Athanasii Ep.  
C. et D. *dup.* (m. v.) (ex 2. Maj.) Ll.  
1. N. de hac fer. 8. R. et Miss.—  
*In medio... Cr. com. fer. aña.—Ecce  
completa sunt...—In Vp. com. fer.  
aña.—O Emmanuel...*

**Cebú.**—*Rub.* Decollat S. Joann Bapt. *dup  
maj.* (ex 29 August.) Offic. ut in prop. com. fer.  
aña—*Ecce completa sunt...—In Vp. com. fer.  
aña. O Emmanuel...*

- 24 Fer. 6. (I B. Jejun. cum Abt.) *Viol.*  
Vigil. Nativitat. D. N. J. C. De ea  
sem. Omn. ut in prop. et Psalt. Fer.  
6. <sup>a</sup> Invitat.—*Hodie scietis... Hymn.—  
Verbum supernum... Absol.—Ipsi...  
Bñes. de 3.<sup>o</sup> N.—Ad Laud. et per.  
Hor. añæ. prop. *dupl.* Psalm. de Dom.  
ut ibi notat.—Ad Prim. 3. Psalm.  
consueti Martyrol. cantat. ut in Ri-  
tual. O. N. In Miss. Dalmat. et Or-  
gan. sine—*Gloria in excelsis... cum  
única orat.* (nou dicit. Imperat.) Gra-  
dual. sin. *Allel...* nec þ. seq. ac sin.  
*Cr.* In fin.—*Bmus Dño.—Vp. seq.**

Ad Complet. et alias Hor. termin. Hymn.—  
*Jesu tibi... þ. ad Pr.m.—Qui natus es... usq. ad  
Epiph. exclusiv.*

Ab eod. Complet. usq. ad 2. Februar. aña  
Final B. M. V. *Alma Redemptoris...* þ.—*Post  
partum... orat.—Deus qui salutis.*

Btō Mensæ—*Verbum caro In fin —Notum fe-  
cit... usq. ad Epiph. Cap.—Ipsi peribunt.*

Hod et Infr. Oct. seq. prohib. Miss. Votiv.

et Deff. Permit, tant. (except. hod. et cras) Votiv. pro re gravi; et dc *Requiem* cadav. præsent. except. cras.

- 25 Sab. **X.** (*Absol. General. Bened. Papal. et I. B. in trib. Miss.*) Alb. Nativit. D. N. J. C. dup. 1. clas. cum *Octava Priviligiata*. Offic. ut in prop. loc. In Miss. Cr. (Dum cantat. in Chor.—*Et Incarnatus...* Celebrans. et Ministr. quamv. sedeant genufl. deb. in infim. Altar. grad. dup. gen.) Präf. et *Commtes*. Nativit,—In Vp. com. seq.

Hod. quilib. Sacerdos potest celebr. tres Miss. cum—*Gloria Cr. Präf.* et *Commtes...* prop. In 1.<sup>a</sup> qualib. hor. d cat,—*Noctem sacratissimam..* In cæter,—*Diem sacrat* In 2.<sup>a</sup> fit, com. S. Anastasiæ M. In 3.<sup>a</sup> Ult. Evang. Epiphan.—*Cum natus esset Jesus..* Si quis unam tant. celebr. dicat eam quæ respond. hor celebr. si duas celebr. d'cat 1.<sup>m</sup> et 3.<sup>m</sup> ut in Misal.

Prima Missa inchoanda est post medium noctem, ita saltem ut consecratio nou prœeat ipsum noctis medium; qua peracta, nullo modo licet aliam Missam sive solemnem, sive privatam celebrare ante auroram. Nec commun. destrubueri fidelib. nec religios. absq. induito Sedis Apostolicæ.

Præparat. calic. et purific. digitor ut in die 2. Novembr.

- 26 Dom. (Vacat.)—I. B.—*Rub.* S. Stephani Protom. dup. 2. clas. cum *Octavæ*. Omn. ut in prop. loc. not. com. Oct. Nativ. In Miss. Cr. Präf. et *Commtes...* Nativit.—Vp. de Nativit. añæ.—*Tecum principium...* a cap. S. Stephan. com. seq. et Oct. Nativit.

- 27 Fer. 2.—I. B.—Alb. S. Joannis Ap.

- et Evang. *dup.* 2. *clas.* cum *Octava*.  
*Offic.* ut in prop. loc. not. com. 2.  
*octavar.* *Cr.* *Præf.* et *Commtes...* *Nati-*  
*tiv.*—*Vp.* *Tecum principium...* a cap.  
*S.* *Joann.* com. seq. et 2. Octavar.
- 28 Fer. 3.—*I.* *B.*—*Viol.* *SS.* *Innocent.*  
*Mm.* *dup.* 2. *clas.* cum *Octava*. *Offic.*  
*ut in prop. loc. añā 2.<sup>a</sup> in 3.<sup>o</sup> N.*—*Isti*  
*sunt...* *Decit.*—9. *R.* non vero.—*Te*  
*Deum...* com. 3. Octavar. Miss. cum  
*Dulmat.* et *Organ.* sine.—*Gloria in*  
*excelsis...* *Pt.* *Graduale omiss.*—*Alle-*  
*luja cum þ. seq.* dicit.—*Tractus.* *Cr.*  
*Præf.* et *Commtes...* *Nativit.* In fin.—  
*Bmus Dño...*—*Vp.*—*Tecum prin-*  
*cipium...* a cap. *SS.* *Innocent.* com. seq.  
*et 3. octavar.*
- 29 Fer. 4. *Rub.* *S.* *Thomæ Cantuar.* *Ep.*  
*et M. sem.* *Ll.* 1. *N.*—*A Mileto...* com.  
4. Octavar. *Cr.* *Præf.* et *Commtes...*  
*Nativit.*—*Vp.*—*Tecum principium...* a  
*cap. seq.* (*Hisp.*) com. Dom. Infr. Oct.  
*Nativit.* añā.—*Dum medium...* þ. *Ver-*  
*bum caro...* *præc.* et 4. octavar.
- 30 Fer. 5. *Rub.* *Translat.* *S.* *Jacobi Ap.*  
*dup.* *maj.* *Offic.* *ut in prop.* (*Hisp.*)  
*(8.<sup>a</sup> et 9.<sup>o</sup> 1. jungunt.)* 9. 1. et com.  
*Dom.* *Infr.* Octav. *Nativit.* ac 4. Octa-  
*var.* *Cr.* *Præf App.* *Commtes.* *Nativit.*  
*Ult.* *Evang.* *Dom.* *Infr.* Oct.—*Vp.*—  
*Tecum principium...* a cap. *Translat.*  
*S.* *Jacobi Ap.* com. seq. et 4. octavar.
- 31 Fer. 6. *Alb.* *S.* *Silvestri Pap.* et C.

*dup. Ll. 1. N. de Dom, Infr. Oct. Nativit.—Incip. Epist. B. Pauli Ap. ad Rom. Reliq. ut ibi. com. 4. octavar. Cr. Præf. et Commtes. Nativit.—Vp. seq. tant.*

*Lit. Martyrolog. pro Ann. seq. 1887. f. minuscul.*

LAUS DEO  
B. M. V. S. P. N. A. O. S.

---

DE ORATIONE IMPERATA ET DE VENERABILI  
EXPOSITO SSMO. SACRAMENTO.

---

I.

1.<sup>o</sup> Oratio imperari potest a solo Summo Pontifice et Episcopo loci, non autem a Prælatis Regularibus sine licentia Episcopi, ut a subditis suis dicatur, sive pro necessitatibus Ordinis, sive pro necessitate communi. Multo minus in duplicibus, semiduplicibus et æquivalentibus oratio in Missa addi potest pro libito aut devotione celebrantis, aut ad postulationem stipem offerentis, licet etiam pro re gravi; quia in Missa nihil privata auctoritate addere licet. S. R. C. 27 mart. 1779. et 7 sept. 1850. Jansens P. 1.<sup>o</sup> Tit. 9. n.<sup>o</sup> 112.

2.<sup>o</sup> Si oratio præcepta sit pro re gravissima et universali, ac ita imperetur, uti pro Concilio Vaticano factum fuit 11 april. 1869, dicitur etiam in duplicibus 1.<sup>o</sup> et 2.<sup>o</sup> clasis: in duplicibus 1.<sup>o</sup> clasis sub unica conclusione, nisi aliæ commemorationes occurrant;

in duplicibus 2.<sup>æ</sup> clas. ac diebus inferioris ritus sub sua conclusione, vel cum reliquis commemorationibus, si sint faciendæ. S. R. C. 27 sept. 1816. 3 jul. 1869. 7 august. 1875. Acta S. Sedis. Tom.<sup>o</sup> 4.<sup>o</sup> fol. 669.

3.<sup>o</sup> Si autem oratio sive a Summo Pontifice sive ab Episcopo loci imperetur dicenda in Missis per aliquod tempus, uti fieri solet, omittenda est in omnibus Missis in duplicibus 1.<sup>æ</sup> clas. Dominica Palmarum, Vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, feria 5.<sup>a</sup> in Cœna Domini, et Sabbato Sancto, atque in Votivis Solemnibus, quia celebrantur sub ritu primæ clasis, necnon in Missis de Requiem, juxta Rubr. Gener. Tit. 7. n.<sup>o</sup> 6; nisi oratio imperata sit pro defuncto. In duplicibus vero secundæ clasis pro arbitrio celebrantis legi vel omitti potest in Missis privatis; sed in solemnibus seu cantatis, et in conventionalibus licet lectis, etiam omittenda est. Aliis autem omnibus diebus dici debet, etiam in Dominicis Adventus et Quadragessimæ, excepta Dominica Palmarum et Quarta Adventus in occursu Vigiliæ Nativitatis Domini. S. R. C. 7 august 1627. 15 maj. 1819. 20 april. 1822. 23 maj. 1835. 16 april. 1853. Gardellin. Instruc. Clement. §. XVII, n.<sup>o</sup> 24.

4.<sup>o</sup> Oratio imperata etiam omitti debet, si eadem sit cum alia prius dicenda S.R.C. 5 mart. 1870, et de eodem objecto. Si autem sit de diverso objecto, in aliam commutanda est. Notandum tamen, si imperata sit oratio *Ecclesiae* vel pro *Papa*, eo tempore,

quo hæc orationes in Missis dicuntur, semper dicendam esse utramque. S. R. C. 23 maj. 1835.

5.<sup>o</sup> Hæc oratio imperata quotidie dicenda, semper recitanda est sub altera conclusione, et post omnes commemorationes speciales, et etiam communes, quæ secundo et tertio loco addendæ præscribuntur; sed ante orationes votivas, quæ celebrans in Missis votivis et diebus simplicibus ac ferialibus adjungit. Si plures orationes imperentur, dicendæ sunt, non ordine temporis quo præscribuntur, sed ordine dignitatis, vel eo ordine quo in fine Missalis ponuntur. Propter orationem imperatam, nulla alia, neque tertia ad libitum omitti potest. S. R. C. 2 decembr. 1684. 17 august. 1709.

6.<sup>o</sup> Si oratio imperatur pro defuncto vel pro defuncta, hæc in Missis non de *Requiem* penultimo loco recitanda est omnibus diebus, quibus permittuntur Missæ privatae de *Requiem*, sive dicantur de officio occurrenti, sive votivæ. Præterea, dicenda etiam videtur in Feria 4.<sup>a</sup> Cinerum, Feriis 2.<sup>a</sup> 3.<sup>a</sup> et 4.<sup>a</sup> Hebdomadæ Sanctæ, Dominicis aliisque, in quibus duo vel tres dicuntur orationes, quia, quamvis Decretum 2 decembr. 1684, id tantum permittat in diebus in quibus Missas de *Requiem* celebrare licet, hoc tamen Decretum est tantum permissivum quoad dies in quibus de *Requiem* permittuntur, et non exclusivum quoad dies præfatos, in quibus proinde, cum plures dicantur orationes, et :

imperata penultimo loco poni queat, etiam dicenda videtur. Non tamen permissa videtur in duplicibus et votivis solemnibus, neque in Vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, Dominica Palmarum et Triduo Sacro, propter Rubr. General. Tit. VII n.<sup>o</sup> 6.<sup>o</sup> juxta quas oratio pro defunctis semper penultimo loco est ponenda; quod in duplicibus præfatisque diebus, in quibus aliqua commemoratio non occurrit, servari nequit, adeoque est omittenda; eo magis, quia ordinarii eam non præscribunt nisi salvis rubricis, vel eam saltem aliter præscribere non valent. S. R. C. 2 decembr. 1684.

7.<sup>o</sup> Quoad Missas de *Requiem*, in his imperata pro defuncto etiam recitanda est, si plures dicantur orationes; ex quibus tamen nulla propter orationem imperatam omitti potest; ita ut eo casu quatuor saltem dicantur orationes, et oratio imperata ponatur tertio loco ante orationem *Fidelium*, et etiam ante alias, quas celebrans forte pro libitu addit. In Missis autem de *Requiem*, in quibus juxta Rubr. General. Tit. V. n.<sup>o</sup> 3.<sup>o</sup> una tantum dicitur oratio, imperata omittenda est. S. R. C. 12 decembr. 1879. Acta S. Sedis 1879. Volum. 12.<sup>o</sup> fol. 642.

8.<sup>o</sup> Oratio autem si imperata sit pro *Papa*, hæc in Anniversario Electionis et Consecrationis Episcopi omittenda est. Occurrentibus eodem die Anniversariis Summi Pontificis et Episcopi, in hoc casu de Anniversario Episcopi agendum est die se-

quenti. S. R. C. 5 mart. 1870, 20 decem-  
ber 1864.

## II.

1.<sup>o</sup> Oratio de SSmo. Sacramento expo-  
sito fieri potest et debet in omni Missa  
Solemni seu Cantata, sive cum, sive sine  
Sacris Ministris, celebrata in Altari, in quo  
SS. Sacramentum exponitur. S. R. C. 22  
mart. 1862.

2.<sup>o</sup> In Missis privatis celebratis, sive ad  
Altare expositionis, sive ad alia, durante  
expositione, fieri potest, quando SS. Sacra-  
mentum publice seu detectum exponitur,  
sive in ostensorio, sive in pyxide, si dies  
permittat, ut mox dicetur. Numquam autem  
fieri debet, nisi SS. Sacramentum sit ex-  
positum pro oratione 40 horarum, et Instruc-  
tio Clementina data pro hac oratione,  
sit recepta atque præscripta. In quocumque  
tamen casu omitti debet in *duplic.* 1. *clas.*  
et 2. *clas.* in *Dominica Palmarum*, atque  
in *Vigiliis Nativitatis Domini et Pente-*  
*costes*, sive SS. Sacramentum exponatur pro  
oratione 40 horarum, sive ob aliam causam.  
Si vero SS. Sacramentum exponatur velatum  
seu ob causam privatam, v. g. ob infirmitatem  
personæ privatæ, ejus commemoratio etiam  
in Altari expositionis est omittenda. S. R. C.  
2 dec. 1684, 2 sept. 1741, 7 maj. 1746.  
Gardellini. Instr. Clement. §. 17. n.<sup>o</sup> 21.

et seqq.—Idem dicendum est de Missa Solemni celebrata in alio Altari.

3.<sup>o</sup> Hæc commemoratio SS. Sacramenti semper facienda est post omnes commemorationes speciales et etiam communes, quæ secundo et tertio loco dicendæ præscribuntur; sed ante orationes imperatas, etiam de Spiritu Sancto, et ante votivas, licet digniores, quas celebrans pro libitu in votivis, et diebus simplicibus ac ferialibus adjungit. Idcirco autem nulla alia oratio, nec tertia ad libitum omitti potest. S. R. C. 23 jun. 1736. 16 febr. 1737. 22 april. 1871. 18 mart. 1874. 18 sept. 1877. Gardell. ubi supra.

4.<sup>o</sup> Commemorationem SS. Sacramenti faciendam esse in Missa, in qua consecratur Hostia mox publice in ostensorio exponenda. S. R. C. 15 maj. 1819. Fieri etiam potest in Festis D. N. J. C. dummodo Missa non versetur in eodem Mysterio. S. R. C. 7 jul. 1877. Semper fieri debet sub altera conclusione, exceptis dupl. 1. et 2. clas. in quibus fit sub unica conclusione, nisi alia commémoratio sub distincta conclusione sit facienda, cui in hoc casu adjungitur. S. R. C. 23 jun. 1736. 18 dec. 1779.

5.<sup>o</sup> Si orationes SS. Sacramenti, pro Anniversario Creationis et Coronationis Summi Pontificis, pro Anniversario Electionis et Consecrationis Episcopi et imperata in Missa simul dicendæ occurrant, dicuntur hoc or-

dine: 1.<sup>o</sup>—Oratio SS. Sacramenti. 2.<sup>o</sup>—Pro Anniversario Papæ et Episcopi. 3.<sup>o</sup>—Imperata.

6.<sup>o</sup> Si in præfatis casibus eædem simul orationes occurrant dicendæ, omittenda est illa quæ ordine posterior dicenda foret. Unde si oratio *Deus omnium fidelium pastor*, pro Papa vel Episcopo imperata sit, et Anniversarium Papæ vel Episcopi simul occurrant, eo casu imperata prætermititur S. R. C. 22 jan. 1876. Act. S. Sedis. Vol. 9. fol. 219.—De Herdt. Tom. 1.<sup>o</sup> Part. 1.<sup>a</sup> n.<sup>o</sup> 72 et seqq.

## DE LITANIIS IN FESTO S. MARCI ET TRIBUS FERIIS ROGATIONUM.

---

1.<sup>o</sup> Litaniæ, quæ in fine Breviarii ponuntur, cum suis precibus et orationibus in festo S. Marci et triduo Rogationum de præcepto recitandæ sunt. S. R. C. 12 mart. 1836. Pridie recitari nequeunt quia diebus præscriptis addictæ sunt. S. R. C. 28 mart. 1775. Ab illis, qui non intersunt processioni, juxta Rubr. dicuntur post Laudes, dicto, *Bmus. Dno.* omissis versu *Fidelium animæ*, et Antiphona finali B. M. V., quæ antiphona in eo casu etiam post Litaniæ non dicitur. Si tamen Litaniæ a Laudibus ex causa rationabili separentur, quia, v. g. Matutinum et Laudes pridie, et Litaniæ, die sequente, in qua occurrunt, recitantur; Laudes more solito concludendæ sunt. Litaniæ non duplicantur nisi in Processione S. R. C. 7 maj. 1853, sed extra eam convenienter flexis genibus recitantur.

2.<sup>o</sup> Processio prius fieri debet, et deinde Missa celebrari. Sacra autem Rituum Congregatio indulxit 23 jun. 1736 ut Missa

Rogationum ante processionem cantari possit pro commoditate populi, qui matutino tempore frequentior esse solet: et juxta Merati Tom.<sup>o</sup> 2, sect. 6, c. 16. n.<sup>o</sup> 4, etiam infra processionem celebrari permittitur.

3.<sup>o</sup> Processio sic fieri debet: Clerici superpelliceis induiti et populus in ecclesia congregati contrito et humili corde Deum flexis genibus paulisper precentur. Sacerdos induitur amictu, alba, cingulo, stola et pluviali violacei coloris, vel saltem superpelliceo et stola violacea. Diaconus et subdiaconus, si assistant, induuntur dalmatica et tunicella, modo sacerdos pluviali sit indutus. Sacerdos accedit ad Altare, præcedente crucifero inter duos acolythos cum cereis accensis. Cantores, omnibus stantibus, cantant. *Exurge Domine sine Alleluja* in fine juxta Rituale Romanum. Repetita Antiphona, omnes, genuflectunt, et duo cantores ante Altare genuflexi, devote Litanias cantare incipiunt, cæteris singulos versus repetentibus S. R. C. 16 sept. 1865. Cum cantatum est *Sancta Maria, Ora pro nobis*, Omnes surgunt, et præcedente cruce cum ceroferariis, procedunt. Si Processio ob temporis inclemantium extra ecclesiam procedere nequeat, congruentius est Rubricis, si ecclesia capax sit, ut intra ejus ambitum fiat. S. R. C 14 aug. 1858.

4.<sup>o</sup> In Litaniis post nomen S. Joannis Baptistæ addendus est S. Joseph, si non apponatur: item addendi sunt duo versus

sequentes: *A flagello terræ motus, et A peste fame et bello post versum A fulgure et tempestate.* S. R. C. 11 sept. 1847. Præter hæc Litaniæ sine ulla additione aut mutatione recitandæ sunt; ita ut addi nequeant nomina Sanctorum, quorum reliquiæ in ecclesia asservantur, neque Sanctorum Ordinis, neque Titularium ecclesiæ aut Patronorum loci, præter descriptos in ipsis Litaniis. S. R. C. 8 mart. 1631, 20 jun. 1654, 29 jan. 1656, 16 april. 1831, 27 sept. 1873. Sacra Rituum Congregatio, 16 jun. 1674, quidem censuit, in quodam casu posse tolerari additionem Sancti Fundatoris; hoc autem in illo casu particulari permisum est, et ad alium non est extendendum, nisi de privilegio seni indulto constet. S. R. C. 24 jul. 1683, nam per decretum Generale 3 april. 1821 prohibitum est Litaniis aliquem versiculum addere. Si Sedes Apostolica vacet, omittuntur *Domnum Apostolicum*, versus *Oremus pro Pontifice*, et oratio correspondens; dicitur tamen versus *Ut omnes ecclesiasticos ordines &...*

5.<sup>o</sup> Si Processio sit longior, Littaniæ repeti possunt, vel Litaniis absolutis usque ad preces exclusive, dici possunt aliqui psalmi ex pænitentialibus aut gradualibus, non autem hymni vel cantica lætitiae, quæ huic processioni non convenient. S. R. C. 9 maj. 1854. Si ad unam aut plures ecclesias in via sit divertendum, earumdem ecclesiæ campanæ festivo sonitu pro consue-

tudine pulsantur S. R. C. ubi supra. Clerus ecclesiæ in qua Processio ingreditur, ubi ita consuetum est, obviam procedit, usque extra portam ecclesiæ, ibique stans eam recipit, aliquo sacerdote, superpelliceo sine stola induto, aspergente aqua benedicta ingredientes ecclesiam, sacerdote autem pluviali induto eamdem dante per contactum. S. C. R. 12 Sept. 1699. 9 Maj. 1857. Ad ingressum Processionis organa pulsantur, et Litaniæ vel Psalmi intermittuntur. Si autem organa non pulsentur, cantus continuatur, donec celebrans ad Altare pervenerit. Tunc ab omnibus debitibus factis reverentiis stando S. R. C. 13 aug. 1667 cantatur antiphona Titularis illius ecclesiæ ritu paschali. S. R. C. 9 maj. 1857. cum versu et oratione quæ dicitur pro Sufragiis. Deinde in egressu Litaniæ vel Psalmi resumuntur. Cum per ventum fuerit ad ecclesiam, in qua Processio terminatur, dicuntur preces ut in Breviario, genuflexis omnibus, etiam celebrante, qui tamen solus ad orationes surgit; quibus absolutis celebratur Missa Rogationum.

6.<sup>o</sup> In festo S. Marci, seu in die, in quam Litaniæ Majores transferuntur, et tribus Feriis Rogationum, si fiat Processio, pro Missa Processionis de präcepto celebra est Missa Rogationum, etiam in Dominicis, Infra Octavam Paschatis, et quo cumque occurrente festo, quamvis una tantum Missa cantetur, etiam in ecclesia Paroquiali, in qua eadem Missa in Dominica á Parocho

*pro populo applicari potest ac debet S. R. C. 5 maj. 1736. 12 nov. 1831. 23 maj. 1835. 12 mart. 1836. 14 aug. 1858. 5 dec. 1868.*; nisi Missa Processionis celebretur in ecclesia, in qua festum Titularis vel Patroni occurrit, sive sit S. Marcus, sive alias Sanctus, in quo casu Missa Processionis de Titulari seu Patrono celebranda est S. R. C. 23 maj. 1603. 27 febr. 1847, et in eadem facienda est commemoratio Rogationum cum oratione diei sub unica conclusione S. R. C. 27 febr. 1847. In ecclesiis, ubi non fit Processio in festo S. Marci et etiam tribus Feriis Rogationum; si festum duplex occurrat, celebranda non est Missa de Rogationibus, sed de festo cum commemoratione Rogationum. S. R. C. 12 nov. 1831. Hæc autem commemoratio Rogationum in festo S. Marci in principali tantum facienda est Missa, quæ cantatur aut legitur.

7.<sup>o</sup> Missa Processionis in festo S. Marci et tribus Feriis Rogationum celebranda est ut in Missali præscribitur post Dominicam Paschæ, in colore *violaceo*, sine *Gloria* nec *Credo*, etiam in Dominicis et Infra Octavam Paschæ. S. R. C. 3 jan. 1657. 25 sept. 1688. 5 jul. 1698.; cum tribus orationibus in Missa Rogationum præscriptis, sine commemoratione festi duplicitis, semeduplicis et simplicis occurrentis, Dominicæ aut Octavæ Paschatis, juxta Rubricas Missalis ante Missam Rogationum positas, nisi unica tantum Missa cantetur aut legatur, in quo casu fa-

cienda est commemoratio festi occurrentis, cum sola tertia oratione, quæ secundo loco in Missa Rogationum præscribitur S. R. C. 23 maj. 1846.; semper cum *Præfatione Paschali* in cantu feriali, cum *Bmus Dño.* et Evangelio S. Joannis in fine. Si sit Infra Octavam Paschatis, recitanda sunt *Communicantes* et *Hane igitur* propria; item *Præfatio Paschalis* ut Infra Octavam *Alleluja* autem ad *Bmus Dño.* non est addendum. Si octava propriam Præfationem habens occurrat, et in Missa Rogationum, quæ unica celebratur, octavæ commemoratio fiat, *Præfatio* quoque octavæ dicenda est S. R. C. 17 dec. 1853. Congruentius est Rùbricis, hanc Missam cantari, nempe in cantu feriali, stricte tamen cantari non debet, nisi agatur de ecclesiis, ubi Missa Conventualis quotidie est cantanda. S. R. C. 14 aug. 1858.

8.<sup>o</sup> Aliæ Missæ præter illam Processionis in festo S. Marci, vel alia die, in quam Litaniae Majores transferuntur, celebrandæ sunt de officio occurrente sine commemoratione Rogationum cum hæc commemoratio nullibi præscribitur, nisi non fiat Processio, quo casu commemoratio Rogationum in Missa principali facienda est.

9.<sup>o</sup> In tribus Feriis Rogationum in Missis privatis seu non Conventualibus, festivis aut votivis, sive lectis, sive cantatis, fit commemoratio Rogationum, etiam si Missa Rogationum in eadem ecclesia cantetur, aut officium etiam fiat de duplice secundæ clas-

sis. Si duplex primœ classis occurrat, feria secunda exinde nihil est immutandum; feria autem tertia et quarta omittenda est commemoratio Rogationum. S. R. C. 16 april. 1853. 23 april. 1875. De Herdt. Tom. 3.<sup>o</sup> Part. 5.<sup>a</sup> n.<sup>o</sup> 71. et seqq.

---

# IMPORTANTES RESOLUCIONES

DE LA S. C. DE RITOS.

---

In Ecclesiis ubi chori obligatio non existit, ac solemnis expositio quadraginta horarum peragatur ex mandato ordinarii juxta ordinationem clementinam, quæritur:

1.<sup>o</sup> Utrum prima et tertia die, si non cantata fuerit altera missa conformis officio currenti, debeant in missa votiva SS. Sacramenti quælibet commemorationes omitti? An vero celebrans sub distincta conclusione cantare teneatur tunc oratio missæ de die, quamvis sit de vigilia communi, de qua nihil fit in duplice primæ classis, aut de die infra octavam, festo simplici aut feria communi, quorum commemoratio locum non habet in duplice secundæ classis, tum cæteras commemorationes speciales quæ aderentur in missa currenti, v. g. de dominica per annum, de qua infra octavam etc.

2.<sup>o</sup> An secunda die, quando missa *pro Pace*, seu alia votiva rite assignata celebratur, collecta SSmi. Sacramenti sub unica conclusione orationi missæ adjuncta, commemorationes omissitudinæ sint, an non, ut supra quæsitum est?

3.<sup>o</sup> Utrum si primam vel tertiam diem impeditam esse contigerit commemoratio SS. Sacramenti post orationem missæ sub unica conclusione semper cantanda sit, non excepta feria v. in Cœna Domini, Sabbato Sancto ac festo sacratissimi Cordis Jesu? et adjungi debeant sub distincta conclusione, servato ritu missæ intrinseco, singulæ commemorationes tum speciales, tum communes, quæ in eadem missa, si cantaretur extra solemnis expositionis tempus, essent faciendæ.

4.<sup>o</sup> Utrum si pari modo secunda dies fuerit impedita adjiciendæ sint, tum oratio missæ *pro Pace*, seu alterius legitimæ assignatæ, tum colecta SSmi. Sacramenti? Et quatenus affirmative, quisnam locus utrius orationi est assignandus?

5.<sup>o</sup> An feria iv. Cinerum in una ex diebus supradictæ expositionis occurrente, tonus ferialis in cantu orationum, præfationis et *Pater noster* sit adhibendus? Utrum omissienda sit *oratio super populum*?

His porro dubiis ab infrascripto secretario relatis, SS. eadem Congregatio, post accuratum omnium examen sic rescribere rata est:

Quad 1<sup>m</sup>, 2<sup>m</sup>, 3<sup>m</sup> et 4<sup>m</sup> quæstionem: serventur rubricæ et clementina ordinatio, scilicet, in missa votiva SS. Sacramenti pro solemni ejusdem expositione, ac repositione, omitenda est quælibet commemoratio et collecta. Infra octavam SS. Corporis Christi, missa erit de eadem octava, cum sequentia et unica oratione, absque commemorationi-

bus et collectis. In dominicis vero privilegiatis primæ et secundæ classis, in festis pariter primæ et secundæ classis, feria iv. Cinerum, feriis secunda, tertia et quarta majoris hebdomadæ (á mane enim feriæ v. ad mane Sabbati Sancti à prædicta expositione omnino cesandum,) omnibus diebus octavæ Paschæ, Pentecostes et Ephiphaniæ, vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, nec non Octava propria privilegiata, canenda est missa diei ocurrentis cum oratione SS. Sacramenti sub unica conclusione, omissis collectis et commemorationibus. Quod si festum aliquod primæ vel secundæ classis occurrat in dominica, tunc secundo loco, sub distincta conclusione, fit commemorationis dominicæ, et dicitur ejus evangelium in fine missæ; tandem *pro Pace* adjungitur oratio SS. Sacramenti sub unica conclusione; in diebus tamen exceptis, ut supra, missa canenda erit diei currentis cum oratione *pro Pace*, sub unica conclusione. Quad 5<sup>m</sup> quæstionem ad 1<sup>m</sup> partem, affirmative; ad 2<sup>m</sup> partem, negative.

Atque ita declaravit et decrevit.

Die 18 maji 1883.—*D. Card. Bartolinius,*  
*S. R. C. Præf.—S. Salvati, Secret.*

---

Diaconus, qui ex mandato superioris defert sacrum Viaticum infirmis, potest ne facere aspersionem aquæ benedictæ, dicere *Misereatur, Indulgentiam*, signari infirmum vel semetipsum, dicere *Dominus vobiscum*

cum oratione, et benedicere cum SS. Sacramento infirmum et assistentes?—*S. R. C.* respondit: «Deficiente Presbytero et Episcopi concurrente licentia, affirmative in omnibus.» (14 aug. 1858.)

An sacra paramenta revera auro maxima saltem ex parte contexta pro quocumque colore, exceptis violaceo et nigro inservire possint? *Resp.:* «Tolerandam esse locorum consuetudinem relate tantum ad paramenta ex auro contexta.» (S. R. C. 28 apr. 1866.)

Utrum tolerandum sit ut mos non geratur decretis S. Congreg. duos ministros in Missa lecta prohibentibus sub prætextu, quod hi ministri non introducuntur ratione dignitatis Celebrantis, sed ratione celebritatis, aut frequentioris assistentiæ, ex gr. si Missa sit parochialis aut alicujus communitatis?—*Resp. S. R. C. die 12 sept. 1857 ad VII:* «Servanda esse quidem decreta quoad Missas stricte privatas; sed quoad parochiales vel similes diebus soleminioribus, et quoad Missas quæ celebrantur loco solemnis atque cantatæ, occasione realis atque usitatæ celebritatis et solemnitatis, tolerari posse duos ministros Missæ inservientes, servatis ordinationibus S. Congr. in una Tudent. diei 7 sept. 1816 ad dubia XI. et XII.» (1)

---

(1) Præfatæ ordinationes sunt, ut Minister, etiam si Sacerdos fuerit, Diaconus vel Subdiaconus missale non appetiat, calicem non præparet nec extergat, etc., sicut fit in Missa solemni.

—Utrum diebus solemnioribus pro Missa lecta parochiali aut Communitatis prout supra, accendi possint plusquam duo Cerei?—  
*Resp. ubi supra:* «Provisum præcedenti responsione.» (1)

An sacerdos in Missa postquam se communicaverit, priusquam Communione adsstantibus distribuat; possit sermonem ad populum habere?—*Resp.*; Affirmative ab altari, et de consensu Ordinarii.» (S. C. 12 sept. 1857 ad X.)

Potestne sacerdos, omnibus sibi prius commode dispositis, quæ ad Sacrificium occurrere possunt, ne mulieres inserviant altari, uti ministerio mulieris tantum pro responsis?—*Resp.:* «Affirmative urgente necessitate.» (S. R. C. 27 aug. 1836 in Veronen.)

## BEATISSIMI PATER

Anno 1865 Sanctitati Vestrae ab Archiepiscopo Manilano ac Cebuensi et Neo-Cacerensi Episcopis, qui soli in hisce Philippinis Insulis tunc existebant, expositum hoc fuit: sibi videri convenientem rem esse, si privilegium à Paulo III in Bulla Altitudo,

(1) Hoc est, licet tantum quoad Missas parochiales, vel similes diebus solemnioribus, etc.

sub die 1.<sup>a</sup> junii anno Domini 1537. Indis quoad jejunia concessum, et usque modo vigens, juxta quod iidem in vigiliis Nativitatis Domini, ejusque Resurrectionis, ac Feriis Sextis Quadragesimæ tantum jejunare tenentur, ad omnes Christi Fideles cujuscumque stirpis et nationis, necnon ad ecclesiasticos omnes, sive Sæculares sive Regulares, hisce in Insulis pro tempore degentes, quoad jejunii legem, non vero quad abstinentiæ, cui vel ipsi Indi adstricti existimantur, S. V. extendere dignaretur.

Hanc quidem gratiam non sane quasi ecclesiasticæ disciplinæ nervum abrumpentes vel relaxantes, sed gravibus causarum momentis permoti expostulabant Sacrorum Antistites. Et primo, revera, quoad sæculares personas, nempe: maximum harum numerum vel Gubernio in publicis officinis inservire, vel commercio vacare; unde peculiaribus hujus regionis circumstantiis attentis, calorumque præcipue, qui Quadragesimæ tempore maximi esse solent, gravem illis nimis jejunii observantiam esse, etiamsi vespertina collatiuncula, uti alicubi fit, ad meridianam horam antevertatur. Esse certe quosdam hisce in Insulis natos, non tamen Indos, qui aliis negotiis officisque destinantur, at eorum naturam imbecilliores forsitan natura Indorum esse, qua continuum per dies plures jejunium observare non valerent. Quoad Europeos accede-

bat quoque, scilicet, ex eorum translatione ad hoc cælum, à nativo prorsus dissimile, corporis vires sensim imminui ac sæpe frangi, quin vel exquisitis cibis ali satis ac reparari viderentur, superveniente demum Fidei infirmitate et charitatis tempore, quo miserrime impræsentiarum humana societas ubique locorum affligitur, ut per pauci hic sæculares jejunii legem rite servantes invenirentur.

Deinde ad ecclesiasticos quod attinebat adduci, videlicet: Hos potiori fortasse ratione à lege jejunii dispensationis, et Sedis Apostolicæ benignitate, dignos esse censendos; præter cæli enim et imminutæ valedutinis communes cum sæcularibus rationes, statim menti objicit maximam eorum partem curæ animarum esse addictos et pondus diei et æstus præ numeroso grege paucisque operariis in ministerio, in Quadragesima præsertim solemniorumque festorum Vigiliis sustinere. His omnibus et singulis æque libratis momentis factum est, ut Sacrorum Antistites prædictam gratiam ecclesiasticis viris tam sæcularibus quam regularibus, utpote qui in iisdem conditionibus adjunctisque utrique versabantur, ab Apostolica Sede expostularent.

Quæ plane benigne exaudire et accipere S. V. dignata est, unde expertam gratiam ad decennium sub die 14. decemb. an. 1865 conditione addita quoad ecclesiasticas personas, ut nempe aliqua alia jejunia præter

illa à Paulo III designata diebus ab Antistibus præstituendis observare tenerentur.

Hinc, re bene pensata, octo illis addita sunt jejunia diebus scilicet Cinerum, Feria quarta et sabbato temporum Quadragesimæ, Feria sexta temporum ante Trinitatem, setembris et decembris, ac Vigiliis Sancti Joseph et Annuntiationis si Resurrectionis Dominicæ tempore non occurant.

Quamobrem Archiepiscopus orator gubernator modo Jarensis vacantis Diœcesis, proprio et suorum suffraganeorum Neo-Cacerensis et Cebuensis Episcoporum nomine S. V. humillime rogarat ut præfatam gratiam quæ die 21. julii 1375 ad aliud decennium prorogata fuit, ad tempus quod Ipsi in Domino visum fuerit, quodque ad postrema Indulti expiraturi die decurrere incipiat, prorogare dignetur.—*Fr. Petrus Payo, Archp. de Manila.*

—

*Feria IV die 18 martii 1885.*

SSmus D. N. D. Leo Divina Providentia Papa XIII in solita audientia R. P. D. Ad-sesori S. O. impertita, audita relatione suprascripti supplicis libelli; benigne annuit pro gratia ad aliud decennium in terminis transactæ concessionis. Contrariis non obstantibue quibuscumque.—*Pro D. J. Pelami S. R. et V. Inq. Not.—G. Persiani Sub.us*

## ILLME. AC RME. DOMINE.

Infandum incestum flagitum peculiari semper odio sancta Ecclesia prosequuta est, et summi romani Pontifices statuerunt, ut qui eo sese temerare non erubuisserent, si ad apostelicam Sedem confugerent petendæ causa dispensationis super impedimentis matrimonium dirimentibus, eorum preces, nisi in eis de admisso scelere mentio facta esset, obreptionis et subreptionis vitio infectæ haberentur atque ideo dispensatio esset invalida; idque ea sanctissima de causa cautum fuit, ut ab hoc gravissimo crímine christifideles arcerentur.

Hanc S. Sedis mentem testantur tum alia documenta, tum decretum, quod novissime supremum sanctæ Romanæ et Universalis Inquisitionis consilium, ipso adprobante Romano Pontifice, feria IV die 1 augusti 1866 tulit, quod est hujusmodi: «subrepti-  
»tias esse et nullibi ac nullo modo valere  
»dispensationes, quæ sive directe ab apos-  
»tolica Sede, sive ex pontifícia delegatione  
»super quibuscumque gradibus prohibitis  
»consanguinitatis, affinitatis, cognationis  
»spiritualis nec non et publicæ honestatis  
»conceduntur, si sponsi ante earumdem  
»dispensationum executionem, sive ante sive  
»post earum impetrationem incestus rea-  
»tum patraverint; et vel interrogati, vel

»etiam non interrogati, malitiose vel etiam ignoranter reticuerint copulam incestuosam inter eos initam sive publice ea nota sit, sive etiam occulta, vel reticuerint consilium et intentionem qua eamdem copulam incestuosam inter eos initam sive publice ea nota sit, sive etiam occulta, vel reticuerint consilium et intentionem qua eamdem copullam inierunt, ut dispensationem facilius assequerentur.» S. Pœnitentiaria vestigiis insistens supræ Inquisitionis, id ipsum die 20 juli 1879 statuit.

Verum cum plurimi sacrorum antistites sive seorsum singuli, sive coniunctim S. Sedi retulerint, maxima ea de causa oriri incomoda cum ad matrimonialium dispensationum executionem proceditur, et hisce præsertim miseris temporibus in fidelium perniciem non raro vergere quod in eorum salutem sapienter inductum fuerat, Sanctissimus D. N. D. Leo divina providentia Papa XIII eorum postulationibus permotus, re diu ac mature perpensa, et suffragio adhærens Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium in universa christiana republica una mecum Inquisitorum Generalium, hasce litteras omnibus locorum ordinariis dandas jussit, quibus eis notum fieret, decretum superius relatum S. Romanæ et Universalis Inquisitionis et S. Pœnitentiariæ, et quidquid in eumdem sensum alias declaratum, statutum aut stylo Curiæ inductum fuerit

à se revocari, abrogari nulliusque roboris imposterum fore decerni; simulque statui et declarari, dispensationes matrimoniales posthac concedendas, etiamsi copula incestuosa vel consilium et intentio per eam facilius dispensationem impetrandi reticita fuerint, validas futuras: contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Dum tamen ob gravissima rationum momenta à pristino rigore hac super re Sanctissimus Pater benigne recedendum ducit, mens Ipsius est, ut nihil de horrore, quod incestus crimen ingerere debet, ex fidelium mentibus detrahatur; imo vero summo studio excitandos vult animarum curatores, aliosque quibus fovendæ inter christifideles morum honestatis cura demandata est, ut prudenter quidem, prout rei natura postulat, efficaciter tamen elaborent huic facinori insectando et fidelibus ab eodem, propositis pœnis quibus obnoxii fiunt, deterrendis.

Datum Romæ ex Cancellaria S. O. die 23 junii 1885.—Addictissimus in Domino.—  
R. CARD. MONACO.—Ilmo. ac Revmo. Domino Dno. Archiepiscopo de Manila.

---



**HORAS DE TIEMPO MEDIO CIVIL EN QUE SE VERIFICAN  
los ortos y ocasos del Sol en Mauila (Cavite) el año 1886.**

Dias.	ENERO				FEBRERO				MARZO			
	Ortos.		Ocasos.		Ortos.		Ocasos.		Ortos.		Ocasos.	
	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.
1	6	25	5	42	6	29	5	59	6	17	6	8
2	6	25	5	43	6	28	6	0	6	17	6	8
3	6	26	5	44	6	28	6	0	6	16	6	9
4	6	26	5	44	6	28	6	1	6	15	6	9
5	6	26	5	45	6	28	6	1	6	15	6	9
6	6	27	5	45	6	27	6	1	6	14	6	9
7	6	27	5	46	6	27	6	2	6	14	6	9
8	6	27	5	47	6	27	6	2	6	13	6	10
9	6	27	5	47	6	27	6	3	6	12	6	10
10	6	28	5	48	6	26	6	3	6	12	6	10
11	6	28	5	48	6	26	6	3	6	11	6	10
12	6	28	5	49	6	26	6	4	6	10	6	10
13	6	28	2	49	6	25	6	4	6	10	6	10
14	6	29	5	50	6	25	6	4	6	9	6	10
15	6	29	5	51	6	24	6	5	6	8	6	11
16	6	29	5	51	6	24	6	5	6	8	6	11
17	6	29	5	52	6	24	6	5	6	7	6	11
18	6	29	5	52	6	23	6	6	6	6	6	11
19	6	29	5	53	6	23	6	6	6	5	6	11
20	6	29	5	53	6	22	6	6	6	5	6	11
21	6	29	5	54	6	22	6	7	6	4	6	11
22	6	29	5	54	6	21	6	7	6	3	6	11
23	6	29	5	55	6	21	6	7	6	3	6	11
24	6	29	5	55	6	20	6	7	6	2	6	12
25	6	29	5	56	6	20	6	8	6	1	6	12
26	6	29	5	56	6	19	6	8	6	0	6	12
27	6	29	5	57	6	18	6	8	6	0	6	12
28	6	29	5	57	6	18	6	8	5	59	6	12
29	6	29	5	58					5	58	6	12
30	6	29	5	58					5	58	6	12
31	6	29	5	59					5	57	6	12

Dias,	ABRIL				MAYO				JUNIO			
	Ortos.		Ocasos.		Ortos.		Ocasos.		Ortos.		Ocasos.	
	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.
1	5	56	6	12	5	38	6	17	5	30	6	25
2	5	56	6	12	5	37	6	17	5	30	6	26
3	5	55	6	13	5	37	6	17	5	30	6	26
4	5	54	6	13	5	36	6	17	5	30	6	26
5	5	53	6	13	5	36	6	18	5	30	6	27
6	5	53	6	13	5	35	6	18	5	30	6	27
7	5	52	6	13	5	35	6	18	5	30	6	27
8	5	51	6	13	5	35	6	18	5	30	6	28
9	5	51	6	13	5	34	6	19	5	30	6	28
10	5	50	6	13	5	34	6	19	5	30	6	28
11	5	49	6	13	5	34	6	19	5	30	6	29
12	5	49	6	14	5	33	6	19	5	30	6	29
13	5	48	6	14	5	33	6	20	5	30	6	29
14	5	47	6	14	5	33	6	20	5	30	6	29
15	5	47	6	14	5	32	6	20	5	31	6	30
16	5	46	6	14	5	32	6	21	5	31	6	30
17	5	45	6	14	5	32	6	21	5	31	6	30
18	5	45	6	14	5	32	6	21	5	31	6	30
19	5	44	6	15	5	31	6	21	5	31	6	31
20	5	44	6	15	5	31	6	22	5	32	6	31
21	5	43	6	15	5	31	6	22	5	32	6	31
22	5	42	6	15	5	31	6	22	5	32	6	31
23	5	42	6	15	5	31	6	23	5	32	6	31
24	5	41	6	15	5	30	6	23	5	32	6	32
25	5	41	6	16	5	30	6	23	5	32	6	32
26	5	40	6	16	5	30	6	23	5	33	6	32
27	5	40	6	16	5	30	6	24	5	33	6	32
28	5	39	6	16	5	30	6	24	5	33	6	32
29	5	39	6	16	5	30	6	24	5	34	6	32
30	5	38	6	17	5	30	6	25	5	34	6	33
31					5	30	6	25				

Dias.	JULIO				AGOSTO				SETIEMBRE			
	Ortos.		Ocasos.		Ortos.		Ocasos.		Ortos.		Ocasos.	
	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.
1	5	34	6	33	5	43	6	29	5	48	6	12
2	5	34	6	33	5	43	6	29	5	48	6	12
3	5	35	6	33	5	43	6	29	5	48	6	11
4	5	35	6	33	5	44	6	28	5	48	6	10
5	5	35	6	33	5	44	6	28	5	48	6	10
6	5	36	6	33	5	44	6	27	5	48	6	9
7	5	36	6	33	5	44	6	27	5	48	6	8
8	5	36	6	33	5	44	6	27	5	48	6	7
9	5	36	6	33	5	45	6	26	5	48	6	7
10	5	37	6	33	5	45	6	26	5	48	6	6
11	5	37	6	33	5	45	6	25	5	48	6	5
12	5	37	6	33	5	45	6	25	5	48	6	4
13	5	38	6	33	5	45	6	24	5	48	6	4
14	5	38	6	33	5	46	6	24	5	48	6	3
15	5	38	6	33	5	46	6	23	5	48	6	2
16	5	39	6	33	5	46	6	22	5	49	6	1
17	5	39	6	33	5	46	6	22	5	49	6	1
18	5	39	6	33	5	46	6	21	5	49	6	0
19	5	39	6	33	5	46	6	21	5	49	6	59
20	5	40	6	32	5	46	6	20	5	49	6	58
21	5	40	6	32	5	47	6	20	5	49	6	58
22	5	40	6	32	5	47	6	19	5	49	6	57
23	5	41	6	32	5	47	6	18	5	49	6	56
24	5	41	6	32	5	47	6	18	5	49	6	55
25	5	41	6	31	5	47	6	17	5	49	6	55
26	5	41	6	31	5	47	6	16	5	49	6	54
27	5	42	6	31	5	47	6	16	5	49	6	53
28	5	42	6	31	5	47	6	15	5	49	6	52
29	5	42	6	30	5	47	6	14	5	49	6	52
30	5	42	6	30	5	48	6	14	5	49	6	51
31	5	43	6	30	5	48	6	13				

Días.	OCTUBRE				NOVIEMBRE				DICIEMBRE			
	Ortos.		Ocasos.		Ortos.		Ocasos.		Ortos.		Ocasos.	
	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.
1	5	49	5	50	5	55	5	32	6	9	5	29
2	5	50	5	49	5	55	5	32	6	9	5	30
3	5	50	5	49	5	56	5	32	6	10	5	30
4	5	50	5	48	5	56	5	31	6	10	5	30
5	5	50	5	47	5	56	5	31	6	11	5	30
6	5	50	5	47	5	57	5	31	6	12	5	30
7	5	50	5	46	5	57	5	30	6	12	5	31
8	5	50	5	45	5	58	5	30	6	13	5	31
9	5	50	5	45	5	58	5	30	6	13	5	31
10	5	50	5	44	5	58	5	30	6	14	5	32
11	5	50	5	43	5	59	5	29	6	14	5	32
12	5	51	5	43	5	59	5	29	6	15	5	32
13	5	51	5	42	6	0	5	29	6	15	5	33
14	5	51	5	41	6	0	5	29	6	16	5	33
15	5	51	5	41	6	1	5	29	6	17	5	34
16	5	51	5	40	6	1	5	29	6	17	5	34
17	5	51	5	40	6	2	5	29	6	18	5	35
18	5	52	5	39	6	2	5	28	6	18	5	35
19	5	52	5	38	6	2	5	28	6	19	5	35
20	5	52	5	38	6	3	5	28	6	19	5	36
21	5	52	5	37	6	3	5	28	6	20	5	36
22	5	52	5	37	6	4	5	28	6	20	5	37
23	5	52	5	36	6	4	5	28	6	21	5	37
24	5	53	5	36	6	5	5	29	6	21	5	38
25	5	53	5	35	6	5	5	29	6	22	5	38
26	5	53	5	35	6	6	5	29	6	22	5	39
27	5	54	5	34	6	6	5	29	6	23	5	40
28	5	54	5	34	6	7	5	29	6	23	5	40
29	5	54	5	33	6	8	5	29	6	24	5	41
30	5	54	5	33	6	8	5	29	6	24	5	41
31	5	55	5	33					6	24	5	42

**HORAS DE TIEMPO MEDIO CIVIL**  
**EN QUE SE VERIFICAN LAS FASES DE LA LUNA**  
 en Manila (Cavite) el año 1886.

Dia.	Horas.	Minutos.	FASES.
<b>ENERO</b>			
5	3	47 Tarde.	Luna Nueva en Capricornio.
13	8	28 Noche.	Creciente en Aries.
20	3	49 Tarde.	Luna Llena en Leo.
27	9	35 Mañana.	Menguante en Escorpión.
<b>FEBRERO</b>			
4	11	18 Mañana.	Luna Nueva en Acuario.
12	10	50 Id.	Creciente en Tauro.
19	2	19 Madrug.	Luna Llena en Virgo.
26	1	15 Id.	Menguante en Sagitario.
<b>MARZO</b>			
6	6	8 Mañana.	Luna Nueva en Piscis.
13	9	21 Noche.	Creciente en Geminis.
20	12	40 Dia.	Luna Llena en Virgo.
27	6	48 Tarde.	Menguante en Capricornio.
<b>ABRIL</b>			
4	10	34 Noche.	Luna Nueva en Aries.
12	4	48 Mañana.	Creciente en Cáncer.
18	11	3 Noche.	Luna Llena en Libra.
26	1	19 Tarde.	Menguante en Acuario.
<b>MAYO</b>			
4	11	46 Mañana.	Luna Nueva en Tauro.
11	10	24 Id.	Creciente en Leo.
18	9	51 Id.	Luna Llena en Escorpión.
26	1	40 Id.	Menguante en Piscis.
<b>JUNIO</b>			
2	9	59 Noche.	Luna Nueva en Geminis.
9	3	30 Tarde.	Creciente en Virgo.
16	9	49 Noche.	Luna Llena en Sagitario.
24	12	39 Id.	Menguante en Aries.

Dia.	Horas.	Minutos.	FASES.
<b>JULIO</b>			
2	6	10 Mañana.	Luna Nueva en Cancer.
8	9	22 Noche.	Creciente en Libra.
16	11	13 Mañana.	Luna Llena en Capricornio.
24	3	24 Tarde.	Menguante en Tauro.
31	1	30 Id.	Luna Nueva en Leo.
<b>AGOSTO</b>			
7	5	10 Mañana.	Creciente en Escorpión.
15	2	28 Madrug. <sup>a</sup>	Luna Llena en Acuario.
23	3	46 Mañana.	Menguante en Tauro.
29	8	58 Noche.	Luna Nueva en Virgo.
<b>SETIEMBRE</b>			
5	3	59 Tarde.	Creciente en Sagitario.
13	6	54 Noche.	Luna Llena en Piscis.
21	1	59 Tarde.	Menguante en Géminis.
28	5	22 Mañana.	Luna Nueva en Libra.
<b>OCTUBRE</b>			
5	6	37 Mañana.	Creciente en Capricornio.
13	11	28 Id.	Luna Llena en Aries.
20	10	45 Noche.	Menguante en Cancer.
27	3	19 Tarde.	Luna Nueva en Escorpión.
<b>NOVIEMBRE</b>			
4	1	9 Madrug. <sup>a</sup>	Creciente en Acuario.
12	3	10 Mañana.	Luna Llena en Tauro.
19	6	44 Id.	Menguante en Leo.
26	3	22 Id.	Luna Nueva en Sagitario.
<b>DICIEMBRE</b>			
3	10	29 Noche.	Creciente en Piscis.
11	5	34 Tarde.	Luna Llena en Geminis.
18	2	43 Id.	Menguante en Virgo.
25	5	58 Id.	Luna Nueva en Capricornio.

DIE VII. MARTII.

IN FESTO

**SAN THOMÆ AQUINATIS**  
CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS.

IN II NOCTURNO.

*Lectio IV.*

Præclárum Christiáni orbis decus et Ecclésiæ lumen, beatíssimus vir Thomas, Landúlpho Cómite Aquinátæ et Theodóra Neapolitána, nobílibus paréntibus natus, futúræ in Deíparam devotiónis afféctum adhuc infántulus osténdit. Nam chárkulam ab eo invéntam, in qua salutátio Angélica scripta erat, frustra adniténte nutríce, compréssa manu válidè retínuit, et a matre per vim abréptam plorátu et gestu repétit, ac mox rédditam deglutívit. Quintum annum agens, mónochis sancti Benedícti Cassinátibus custodiéndus tráditur. Inde Neápolim studiórumbz causa missus, jam adoléscens Fratrum Prædicatórum Ordinem suscépit. Sed matre ac frátribus id indigné feréntibus, Lutétiam Parisiórumbz mittitur. Quem fratres, in itínere per vim raptum in arcem castri sancti Joánnis perdúcunt: ubi váriè exagitátus, ut sanctum propósitum mutáret, mulíerem étiam, quæ ad labefactándam ejus constántiam introdúcta fúerat, titione

fugávit. Mox beátus júvenis, flexis génibus ante signum Crucis orans, ibique somno corréptus, per quiétem sentíre visus est sibi ab Angelis constríngi lumbos, quo ex témpore omni pósteà libídinis sensu cáruit. Soróribus, quæ, ut eum a pio consilio removérent, in castrum vénérant, persuásit, ut, contémptis curis sæculáribus, ad exercitatióne cœlestis vitæ se conférrent.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritátem aetérnam. ¶. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei—Et dedit...

### *Lectio V.*

Emíssus e castro per fenéstram, Neápolim redúcitur: unde Romam, pósteà Parísium a fratre Joánnē Theutónico, Ordinis Prædicatorum generáli Magistro, ductus, Albérto Magno doctóre, Philosóphiæ ac Theológiæ óperam dedit. Vigínti quinque annos natus, magíster est appellátus, publicéque philó sophos ac theólogo summa cum laude est interpretátus. Nunquam se lectíoni aut scrip tióni dedit, nisi post oratióne. In difficultá tibus locórum sacræ Scriptúræ, ad oratióne jejúnium adhibébat. Quin étiam sodáli suo fratri Regináldo dícere solébat, quidquid sciret non tam stúdio aut labóre suo peperisse, quam divínitus tráditum accepísse. Neápoli cùm ad imáginem Crucifíxi veheméntius oráret, hanc vocem audívit: Bene scripsísti de me Thoma:

quam ergo mercédem accípies? Cui ille: Non áliam, Dómine, nisi teípsum. Collationes Patrum assídué pervolutábat; et nullum fuit scriptórum genus in quo non esset diligētissimè versátus. Scripta ejus et multitúdine, et varietáte, et facilitáte explicándi res diffíciles ádeó excélluit, ut ubérrima atque incorrúpta illius doctrína, cum revelatíis veritátibus mirè conséntiens, aptíssima sit ad ómnium téporum errores pervincéndos.

*R.*. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum, stolam glóriæ índuit eum: \* Et ad portas paradísi coronavit eum. *¶*. Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornávit eum.—Et...

### *Lectio VI.*

A Summo Pontífice Urbáno quarto Romam vocátus, ejus jussu ecclesiásticum lucubrávit officium in Córporis Christi solemnitáte celebrandum; oblátos verò honóres, et Neapolitánum Archiepiscopátum, étiam deferénte Cleménte Quarto, recusávit. A prædicatióne divini verbi non desistébat; quod cùm fáceret per octávam Paschæ in Basílica sancti Petri, mulferem, quæ ejus fimbriam tetígerat, a fluxu sanguinis liberávit. Missus a beáto Gregório Décimo ad Concilium Lugdunénsē, in Monastério Fossæ Novæ in morbum íncidit, ubi ægrótus Cántica Canticórum explanávit. Ibídem óbiit quinquagenárius, anno salútis millésimo ducentésimo septuagésimo quarto, nonis Mártii. Miraculis étiam mórtuus cláruit; quibus probátis, a Joánnē Vi-

:

gésimo secúndo in Sanctorum númerum relátus est, anno millésimo tercentésimo vigésimo tértio; transláto posteà ejus corpore Tolósam, ex mandáto beati Urbáni Quinti. Cum sanctis angélicis spiritibus non minus innocéntia quam ingénio comparátus, doctóris Angélici nomen jure est adéptus, eídem auctoritáte sancti Pii Quinti confirmátum. Leo áutem Décimus tértius, libentíssimè excipiens postulatiónes et vota ómnium pene Sacrórumb Antístítum Orbis Cathólici, ad tot præcipuè philosophicórum systématum a veritáte aberrántium luem propulsándam, ad increménta scientiárum, et communem humáni géneris utilitátem, eum, ex Sacrórumb Rituum Congregatiónis consúlto per Apostólicas littéras coeléstem Patrónum Scholárum omnium Catholicárum declarávit et instituit.

R. Iste homo perfécit ómnia, quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. ¶ Iste este, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cœlestia regna.—Quia te... Glória Patri...— Quia te...

---

#### ADDENDA AD MARTYROLOGIUM ROMANUM.

##### NONIS MARTII.

In elogio S. Thomæ Aquinatis post verba scientiæ illústris, addantur sequentia: Quem Leo Décimus tértius Scholárum ómnium Catholicárum coeléstem Patrónum declarávit.

DIE XXI APRILI.

IN FESTO

SANCTORUM TORQUATI ET SOCIORUM EPISC. MART.

DUPLEX

OMNIA DE COMMUNI PLURIMORUM MARTYRUM PRÆTER SEQUENTIA.

---

ORATIO.

Deus, qui nos post beatissimum Jacóbum Apóstolum, per beátos Mártires tuos atque Pontífices Torquátum, Ctesiphónem, Secúndum, Indalétium, Cœciliūm, Hesychium et Euphrásium ad agnitionem tui nōminis veníre tribuísti; concéde propítius, ut quos festivo venerámur obséquio, eórum intercedéntibus méritis, ætérrna gaudia consequámur. Per Dóminum nostrum...

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

IN SEGUNDO NOCTURNO.

*Lectio IV.*

Quo témpore primam in Christiános persecutiórem Nero immaníssimus Imperátor excitávit, beatissimi Apóstoli Petrus et Paulus Torquátum, Ctesiphónem, Secúndum, Indalétium, Cœciliūm, Hesychium et Euphrásium beáti Jacóbi apóstoli discípulos

Episcopos Romæ ordinárunt, et ad prædicandum Christi Evangélium in Hispániam misérunt. Cúm autem ad eam Provínciam pervenissent propé Accitánam urbem in viridi campo, ut longitúdine itineris laxáti aliquántulùm quiéserent, constitérunt: cùmque ad civitátēm victus eméndi causa aliquos misissent, pagáni qui tunc forté deorum suórum festa debacchántes peragébant, visis divérsi hábitus et religionis peregrínis homínibus in eos furéntes prosíliunt, et ad Sanctos perveniéntes omnes páriter in fugam actos usqué ad flumen persequúntur.

### *Lectio V.*

Sed ut viri Dei pontem pertransiérint, pons qui mirae magnitúdinis, et firmíssimus erat, concídit, et gentílium multitúdinem Santos persecuéntium páriter oppréssit ac demérsit in aquas. Quo miráculo áccolæ térriti eos posteà revocáre, et in honórem habére cœpérunt. In primis Lupéria quædam præclára múlier benignè illos suscépit, atque ab his fidem edócta, in Oratório quod ipsa constrúixerat, baptizáta est. Cujus exémplo quamplúrimi in Christum credéntes, relíctis idólis Baptísmi Sacraméntum suscepérunt.

### *Lectio VI.*

Hujus igitur urbis, quæ tunc prima Christi Dómini fidem in Hispánia recépit, beátus Torquátus Episcopus designátus est, ac cœ-

téris ad álias Hispániæ terras abeúntibus, ipse Acci remánsit, ubi multis pro Christo perfunctus labóribus, demum Martyr occubuit. Ejus corpus in eadem urbe (quæ nunc Guadix appellátur) primò sepultum est. Juxta cujus sepulchrum olim arbor olivæ erat, quæ in natálí Mártyris florébat, simúlque fructus úberes emittébat, é quibus óleum expréssum ad vários morbos curándos adhibebátur. Inde in Galléciā translátum in quodam Cœnóbio Ordinis Sancti Benedicti condigno honóre asservátur. Sodáles Sancti Torquáli et ipsi in váriis Urbibus Episcopi constitúti, Christi Evangélium prædicarunt, et in eis quievérunt Ctésiphon Vérgii, Secundus Abulæ, Indalétius Urci. Cœcilius Illiberi, Hesychius Cartéiæ, Euphrásius Illitúrgi, quorum cónpora ad alias pósteà Hispániæ Urbes transláta sunt.

In tertio Nocturno, Lectiones de Homilia in Evangelium Ego sum vitis vera, de Communi Martyrum tempore Paschali.



DIE XXVI APRILIS.

IN FESTO

**BEATÆ MARIAE VIRGINIS**  
DE BONO CONSILIO.

In I Vesperis.

*Ant. ut in Laudibus. Psalmi ut in Festis.  
B. M. V.*

*Capitulum Prov. c. 8.*

Beatus homo, qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei, qui me invenerit inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino.

*Hymnus. Ave Maris stella. ut in Festis.  
B. M. V.*

℣. Ora pro nobis Mater Boni Consilii.  
℟. Ut digni officiamur promissionibus Christi.

*Ad Magnificat. Ant. Candor est lucis æternæ et speculum sine macula Dei majestatis et imago bonitatis illius, et ideo nihil inquinatum in ea incurrit.*

ORATIO.

Deus, qui Genitricem dilecti Filii tui matrem nobis dedisti, ejusque speciosam imaginem mira apparitione clarificare dignatus est: concede, quæsumus, ut ejusdem

monitis jugiter inhærentes, secundum corrutum vivere et ad cœlestem patriam Feliciter pervenire valeamus. Per eumdem Dominum.

*Ad Matutinum.*

*Invitat.* Sancta María Dei Genetrix Virgo, Mater Boni Consilii, \* Intercede pro nobis.

*Ps.* Venite exultemus.

*Hymnus.*

Plaude festivo, pia, gens, honore.

Dum Genestanam veneraris ædem.

Qua Dei magnæ Genitricis alma.

Splendet imago.

Hæc ubi miram speciem repente, Obtulit lætis populis videndam, Multa mox secum bona ferre nostras.

*Visa per oras.*

Ipsa tunc ægris aderat molestos Corporis morbos animique pellens.

Longè et ærumnas Latio imminentes.

Ipsa fugabat.

Virgo, quæ magnis decorata signis Nunc quoque effulges, miseris juvamen.

Affer, et fusis patiens clientum.

*Annue votis.*

Sit laus illi, decus atque virtus. Qui super cæli solio corruscans.

Totius mundi seriem gubernat.

Trinus et unus. Amen.

**IN I NOCTURNO.**

*Ant. 1.<sup>a</sup>* Accipe consilium intelectus, et

ne abjicias consilium meum. *Psalmi ut in Festis. B. M. V.*

*Ant. 2.* Sine consilio nihil facias, et post factum non pœnitibus.

*Ant. 3.* Audite disciplinam et estote sapientes, et nolite abjecere eam.

*¶.* Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.

*¶.* Et innumerabilis honestas per manus illus.

### De libro Proverbiorum.

#### *Lectio I. Cap. 2. 10.*

Si intraverit sapientia cor tuum, et scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te, et prudentia servabit te, ut eruaris a via mala, et ab homine, qui perversa loquitur; qui relinquunt iter rectum, et ambulant per vias tenebrosas; qui lætantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis, quorum viæ perversæ sunt, et in fames gresus eorum.

*¶.* Si sapientiam invocaveris, et inclinaveris cor tuum prudentiæ \* Tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies.

*¶.* Quia Dominus dat sapientiam, et ex ore ejus prudentia et scientia. Tunc intelliges.

#### *Lectio II.*

Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem atque consilium, et erit vita animæ tuæ, et gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, et pes

tuus non impringet. Si dormieris, non timebis, quiesces et suavis erit somnus tuus. Ne paveas repentinō terrore, et irruentes tibi potentias impiorum Dominus enim in latere tuo et custodiet pedem tuum ne capriaris.

R. Si intraverit sapientia cor tuum, et scientia animæ tuæ placuerit: \* Consilium custodierte et prudentia servabit te.

V. Ut eruaris à via mala, et ab homine, qui perversa loquitur: Consilium.

### *Lectio III.*

Ego sapientia habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus. Timor Domini odit malum, arrogantiam, et superbiam, et viam pravam, et os bilingue detestor. Meum est consilium, et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me principes imperant et potentes decernunt justitiam. Ego diligentes me diligo: et qui mane vigilant ad me, inveniant me.

R. Beatus homo, qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentia: \* Primi et purissimi fructus ejus.

V. Pretiosior est cunctis opibus, et omnia, quæ desiderantur huic non valent comparari. Primi.—Gloria Patri.—Primi.

### IN II NOCTURNO.

*Ant. I.<sup>a</sup>* Justi sunt omnes sermones mei, non est in eis pravum quid neque perversum.

*Ant.* 2.<sup>a</sup> Consilium illius sicut fons vi-tæ permanens.

*Ant.* 3.<sup>a</sup> Audi consilium et suscipe dis-ciplinam, ut sis sapiens in novissimis tuis.

¶. Viam Sapientiæ monstrabo tibi.

¶. Ducam te per semitas æquitatis.

### DE SERMONE.

#### S. P. N. AUGUSTINI EPISCOPI.

#### *Lectio IV. In natali S. Joann Bapt.*

Hominem concepit Elisabeth, hominem Mariam: sed Elisabeth solum hominem, Maria Deum et hominem. Mira res est, quomodo potuerit concipere creatura Crea-torem? Quid est ergo intelligendum, fratres mei, nisi quia ipse sibi fecit carnem de sola matre, qui fecit primum hominem sine patre et matre? Primus ille noster casus fuit, quando fæmina, perquam mortui sumus, in corde concepit venena ser-pentis. Persuasit enim serpens peccatum et admissus est male suadens. Si primus, noster casus fuit, cun fæmina concepit corde venena serpentis, non mirandum, quod salus nostra facta est cun fæmina concepit in utero carnem Omnipotentis. Uterque cecide-rat sexus; uterque fuerat reparandus. Per mulierem in interitum missi eramus: per mulierem nobis redita est salus.

¶. Fili, custodi legem atque consilium \*  
Et erit vita animæ tuæ, et gratia faucibus tuis.

Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, et  
pes tuus non impinget. Et erit.

*Lectio V.*

DE SERMONE.

SANCTI FULGENTII EPISCOPI.

*De Laud. Mariæ ex partu Salvat*

Quoniam diabolus per serpentem Evæ lo-  
quutus, per Evæ aures mundo intulit mor-  
tem, Deus per Angelum ad Mariam pertulit  
verbum, et cunctis sæculis vitam effudit.  
Angelus sermonem ejecit, et Christum Virgo  
concepit. Hoc splendore concipitur Dei filius,  
hac munditia generatur. De cœl's medicus  
transiens per Virginem post transitum  
suum illæsam fecit Virginem permanere.  
¶ Qui enim disrupta corporum membra in  
aliis poterat integrare tangendo, quanto ma-  
gis in sua Matre, quod invenit integrum,  
potuit non violare nascendo? Crevit enim  
eius partu integritas corporis potius quam  
decrevit, et Virginitas ampliata est potius  
quam fugata.

¶. Audí, fili mi, et suscipe verba mea.\*  
Ut multiplicentur tibi anni vitæ.

¶. Viam sapientiæ monstrabo tibi, du-  
cam te per semitas æquitatis. Ut multipli-  
centur.

*Lectio VI.*

Maria quam præclarissimis tribus bonis su-  
blimetur, ausculta, salutationis angelicæ,  
benedictionis divinæ, et plenitudinis gratiæ.  
Sic enim eam legitur salutasse: Ave Maria,  
gratia plena, benedicta inter mulieres. Et  
ut nihil non sublime esset in hac Sanctis-  
sima Virgine, quam Angelus gratia ple-  
nam salutavit, non sine divino consilio fac-  
tum est, ut ejus etiam imagines summo  
essent in honore et prodigiis miraculisque  
clarecerent. Quas inter ea tribus abhinc  
sæculis præcipuo honore colitur, quæ, Paulo  
secundo sedente, mirabili apparitione in pa-  
riete Ecclesiæ Patrum Ordinis Eremitarum  
Sancti Augustini in Oppido Genestani Præ-  
nestinæ Diæcessis, ex Pontificiis diplomatis  
et supparibus monumentis comprobatur.  
Quibus permotus Pius Papa Sextus præfatis  
ejusdem Oppidi Cœnobitis Officium propium  
concessit septimo Kalendas Majas, ipso sci-  
licet Apparitionis die, recitandum, ac deinde  
illud die, quæ immediate subsequitur pro  
ejus recitatione in posterum assignata ad  
universum prædictum Ordinem sub ritu  
duplicis majoris extendit. Leo vero Deci-  
mus tertius ad augendum cultum erga bea-  
tissimam Virginem sub titulo Matris Boni  
Consilii novum hoc officium probavit.

**v.** Ausculta sermones meos, et ad eloquia  
mea inclina aurem tuam. \* Ne recedant ab  
oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui.

**v.** Vita enim sunt invenientibus ea et  
universæ carni sanitas. Ne recedant. Gloria  
Patri. Ne recedant.

### IN III NOCTURNO.

**Ant. 1.<sup>a</sup>** Via stulti recta in oculis ejus,  
qui autem sapiens est audit consilia.

**Ant. 2.<sup>a</sup>** Cor boni consilii statue tecum,  
non est enim tibi, aliud pluris illo.

**Ant. 3.<sup>a</sup>** Sapiens cor et intelligibile abs-  
tinebit se a peccatis, et in operibus justis  
successus habebit.

**v.** Corona sapientiae timor Domini.

**v.** Redens pacem et salutis fructum.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

### Lectio VII. Cap I.

In illo tempore: Missus est Angelus Ga-  
briel a Deo in Civitatem Galileae cui nomen  
Nazareth, ad Virginem desponsatam viro,  
cui nomen erat Joseph de domo Davit, et  
nomen Virginis Maria. Et reliqua.

### HOMILIA SANCTI BERNARDI ABATIS.

*Ex homil. 2.<sup>a</sup> super Missus, circa finem.*

Et nomen, inquit, Virginis Maria, quod

interpretatum maris stella dicitur. Ipsa namque est nobilis stella ex Jacob orta, cuyus radius universum orbem illuminat. Ipsa, inquam, est praeclara et eximia stella super hoc mare magnum et spatisum necessario sublevata, micans meritis, illustrans exemplis. O quisquis te intelligis in hujus saeculi profluvio magis inter procellas et tempestates fluctuare, quam per terram ambulare; ne avertas oculos a fulgore hujus sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice Stellam, voca Mariam. Si jactaris superbiae undis, si ambitionis, si detractionis, si emulationis, respice Stellam, voca Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiae fæditate confusus, judicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiae, desperationis abyso, cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Ipsam sequens, non devias, ipsam rogans, non desperas, ipsam cogitans, non erras, ipsa tenente, non corruis, ipsa protegente, non metuis, ipsa duce, non fatigaris, ipsa propitia, pervenis, et sic in temetipso experiris quam merito dictum sit; et nomen Virginis Maria.

R. Filii, audite me: \* Beati qui custodiunt vias meas.

V. Audite disciplinam, et estote sapientes, et notite abjecere eam. Beati.

*Lectio VIII.*

Intuere, o homo, consilium Dei, agnosce consilium sapientiæ, consilium pietatis. Redempturus humanum genus, prætium universum contulit in Mariam. Altius ergo intuemini quanto devotionis affectu a nobis voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria: ut proinde, si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea noverimus redundare, quæ ascendit deliciis affluens. Tolle Mariam hanc maris stellam, & quid nisi caligo involvens, umbra mortis, et densissimæ tenebræ relinquuntur? Totis ergo medullis cordium, totis præcordium affectibus, et votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. In omnibus siquidem et per omnia providens miseris trepidationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem.

R. Principium sapientiæ timor Domini:  
\* Et scientia sanctorum prudentia.

¶. Per me enim multiplicabuntur dies tui, et addentur tibi anni vitæ. Et scientia. Gloria Patri. Et scientia.

*Lectio IX.*

Ad Patrem verebaris accedere, solo auditu territus ad folia fugiebas: Jesum tibi dedit

mediatorem. Sed forsitan et in ipso majestatem vereare divinam, quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus. *¶* Advocatum habere vis et ad ipsum? Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria. Nec dubius dixerim exaudietur et ipsa pro reverentia sua. Exaudiet utique filium Pater. Filioli, hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ. *¶* Quid enim? *¶* Potest ne Filius aut repellere, aut sustinere repulsam? *¶* Non audire aut non audiri Filius potest? Neutrum plane. Invenisti, ait Angelas, gratiam apud Deum: feliciter. Semper hæc invenient gratiam, et sola est gratia, qua salvamur. *¶* Quid nos alia concupiscimus, fratres? Quæramus gratiam, et per Mariam quæramus, quia quod quærit invenit, et frustrari non potest. Quæramus gratiam, sed gratiam apud Deum: nam apud homines gratia fallax. Quærant alii meritum, nos invenire gratiam studeamus. *¶* Quid enim? *¶* Non gratiæ est quod hic sumus? Profecto misericordiæ Domini est, quod non sumus consumpti.

Te Deum.

Ad Laudes et per Horas.

*Ant. 1.<sup>a</sup>* Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei.

*Ps. de Dominica.*

*Ant. 2.<sup>a</sup>* In me gratia omnis viæ et veritatis, in me omnis spes vitæ et virtutis.

*Ant. 3.<sup>a</sup>* Qui audit me non confundetur, et qui operantur in me non preccabunt.

:

*Ant.* 4.<sup>a</sup> Da mihi secundum tuarum assistricem sapientiam et noli me reprobare a filiis tuis.

*Ant.* 5.<sup>a</sup> Optavi et datus est mihi sensus, et invocavi, et venit in me spiritus sapientiae.

*Capitulum ut ad Vesperas.*

*Hymnus.* O gloriosa Virginum, *ut in Festis B. M. V.*

¶. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.

¶. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

*Ad Benedictus Ant.*

Beata Mater, et intacta Virgo, regina mundi, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper.

### ORATIO UT SUPRA IN VESPERIS.

#### AD TERTIAM.

*Capitulum.* Beatus homo, *ut ad Vesp.*

¶. Venerunt mihi omnia bona \* Pariter cum illa. Venerunt.

¶. Et innumerabilis honestas per manus illius.—Pariter.—Gloria Patri.—Venerunt.

¶. Viam sapientiae monstrabo tibi.

¶. Ducam te per semitas æquitatis.

#### AD SEXTAM.

*Capit. Prov. cap 6.*

Conserva, fili mi, præcepta patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ, liga ea in corde tuo jugiter, et circunda gutturi tuo.

R. Viam sapientiae \* Monstrabo tibi.—  
Viam sapientiae.

- ¶. Ducam te per semitas æquitatis—Mons-  
trabo—Gloria Patri—Viam sapientiae.  
¶. Corona sapientiae timor Domini.  
¶. Replens pacem, et salutis fructum.

## AD NONAM.

*Capitulum Prov. 23.*

Præbe, fili mi, cor tuum mihi, et oculi tui  
vias meas custodiant.

R. Corona sapientiae \* Timor Domini—  
Corona.

¶. Replens pacem et salutis fructum—Ti-  
mor—Gloria Patri—Corona.

¶. Venite, filii, audite me.

R. Timorem Domini docebo vos.

## IN II VESPERIS.

*Omnia ut in primis præter.*

*Ad Magnificat, Ant.*

Felix es, sacra Virgo Maria, et omni laude  
dignissima quia ex te ortus est sol justitiae,  
Christus Deus noster, magni Consilii Angelus.



COMMEMORATIONES COMMUNES  
SIVE  
SUFFRAGIA SANCTORUM

---

COMMEMORATIO DE CRUCE.

*Ad Vesperes et Laudes.*

*Aña.* Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos, Deus noster.

*¶.* Omnis terra adóret te, et psallat tibi.

*R.* Psalmum dicat nōmini tuo.

OREMUS.

Perpétua nos quæsumus, Dómine, pace custodi, quos per lignum Santæ Crucis redimere dignatus est.

TEMPORE PASCHALI.

*Ad laudes.*

*Aña.* Crucifixus surrexit a mórtuis, et redémit nos, allelúia.

¶. Dícite in natióibus, allelúia.

¶. Quia Dòminus regnávit a ligno, allelúia.

OREMUS.

Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici tua nobis expelleres potestatem: concede nobis fámulis tuis; ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eumdem Dominum nostrum.

*Quæ terminatio est pro tempore paschali,  
quia est unica commemoratione.*

*Ad Vesperas.*

*Aña.* Crucem sanctam subiit, qui infernum confrégit, accíncutus est poténtia, surréxit die tértia.

¶. Dícite...

DE SANCTA MARIA.

*Ad Vesperas et Laudes.*

*Aña.* Sancta María, sucúrre miseris, juva pusillánimes. réfove flebíles, ora pro populo, intéreni pro clero, intercéde pro devóto fœmineo sexu; séntiant ómnes tuum juvámen, quicúmque célébrant tuam sanctam commoratióinem.

¶. Ora pro nobis Sancta Dei Genetrix.

¶. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

## OREMUS.

Concede nos famulus tuos, quæsumus  
Domine Deus, perpetua mentis et corporis  
sanitate gaudere, et gloria beatæ Mariæ  
semper Virginis intercessióne, à præsenti  
liberari tristitia, et æterna perfrui lectitia.

*Post Octavam Ehipaniæ usque ad Purificationem dicitur.*

¶. Post partum Virgo inviolata perman-  
sist.

¶. Dei Génitrix intercede pro nobis.

## OREMUS.

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ,  
verginitate fecunda, humano generi præmia  
præstítiste: tribue quæsumus; ut ipsam pro  
nobis intercedere sentiamus, per quam me-  
ruimus auctórem vitæ suscipere Dominum  
nostrum Jesum Christum Filium tuum.

## DE S. JOSEPH.

*Ad Vesperas et Laudes.*

Aña. Joseph, fili David, noli timere ac-  
cipere Mariam conjugem tuam; quod enim  
in ea natum est de Spiritu Sancto est,  
pariet autem filium, et vocabis nomen ejus  
Jesum.

¶. Constituit eum Dóminum domus suæ.  
¶. Et Principem omnis possesionis suæ.

## OREMUS.

Sanctíssimæ Genitrícis tuæ Spónsi, quæsumus, Dómine, méritis adjuvémur; ut quod possibilitas nostra non obinet, ejus nobis intercessióne donétur.

## DE SS. APOSTOL PETRO ET PAULO.

*Ad Vesperas.*

*Aña.* Petrus Apóstolus, et Páulus Doctor Géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam, Domine.

¶. Constitues eos principes super omnem terram.

¶. Mémores erunt nōminis tui Dòmine.

*Ad Laudes.*

*Aña.* Gloriósi príncipes terræ, quómodo in vita sua dilexérunt se, ita et in morte. non sunt separáti.

¶. In omnem terram exivit sonus eórum.

¶. Et in fines orbis terræ verba eórum.

## OREMUS.

Deus, cujus dextera beatum Petrum am-

bulam tem in fluctibus, ne mergeretur,  
erexit: et coapostolum ejus Paulum tertio  
naufragantem de profundo pelagi liberavit:  
exaudi nos propitiis, et concéde, ut am-  
bórum méritis æternitatis glóriam conse-  
quámur.

*beatus apostolus nostrum Iacobus filius simonis*  
*et dicit dominum eum vocare fratrem suum*

### DE S. JACOBÓ APOSTOLO.

*Ad Vesperas.*

*Aña.* ¡O beatum Apóstolum, qui inter  
primos electus, primus omnium Apostolo-  
rum Dómini cálicem bibere méruit ¡o glo-  
riosum Hispaniæ regnum tali pignore ac  
Patróno munítum, per quam fecit illi magna,  
qui potens est. Alleluia.

*Ad Laudes.*

*Ant.* Visitabit nos per Sanctum suum  
Apostolum et fecit salutem de inimicis nos-  
tris Dominus Deus noster.

*¶ Annuntiaverunt opera Dei.*  
*R. Et facta ejus intellexerunt.*

### OREMUS

Esto Domine, plebi tuæ sanctificator et  
custos; ut beati Jacobi Apostoli tui munita  
præsidis, et conversatione tibi placeat, et  
secura mente deserviat.

## DE S. P. N. AUGUSTINO.

*Ad Vespertas.*

*Aña.* Sancte Pater Augustine, tu dulcedo pauperum, tu pius consolator filiorum, ora pronobis.

*Ad Laudes.*

*Aña.* O lumen Ecclesiæ, beate Pater Augustine, nobilis prosapiæ, Doctor legis divinæ, Eremitarum Pater et Fundator, pro nobis apud Deum esto pius advocatus.

*¶.* Sapientiam ejus narrent populi.

*R.* Et laudem ejus nuntiet Ecclesia.

## OREMUS.

Concede nobis quæsumus, omnipotens Deus, Sancti Patris nostri Augustini devota commemoratione gaudere; cuius patrocinio salvari, te auxiliante confidimus.

## DE S. NICOLAO DE TOLENTINO.

*Ad Vespertas.*

*Aña.* Nicolaus verus Christi pauper, Virgo a Deo electus, obedientiam jugiter servans, Eremitarum Ordinem signis et virtutibus decoravit.

*Ad Laudes.*

*Aña.* Patris nostri Augustini morum et disciplinæ, Nicolaus Tolentini decus, fuit imitator illustris.

¶. Os justi meditabitur sapientiam.

¶. Et lingua ejus loquetur judicium.

## OREMUS.

Concede quæsumus omnipotens Deus, ut Ecclesia tua, quæ beati Nicolai Confessoris tui virtutum et miraculorum gloria corruscat, ejus intercessione, et meritis, perpetua pace atque unitate lætetur.

## DE SS. ORDINIS NOSTRI.

*Ad Vesperas et Laudes.*

*Aña.* Sancti Dei inctyti, clara Agustini soboles, nostri nunc memores estote, et nobiscum una precamini, ut optata semper cœlitum gloria perfruamur.

¶. Laudate Dominum in Sanctis ejus.

¶. Laudate eum in firmamento virtutis

## OREMUS.

A cunctis nos, quæsumus, Domine defende periculis, et intercedentibus Sanctis omnibus Ordinis nostri, salutis nobis tribue mentis, et corporis, ut, depulsis adversitatibus universis, secure tibi serviamus.

*De Patrono vel Titulari ecclesiæ fiat commemorationis consueta, ante vel post Commemorationes prædictas pro dignitate illius, et ultimo loco.*

### DE PACE.

*Ad Vesperes et Laudes.*

*Aña.* Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est aliud, qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster.

*¶.* Fiat pax in virtute tua.

*R.* Et abundantia in turribus tuis.

### OREMUS.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: de servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquila. Per Dominum nostrum.

*Dictæ commemorationes, dicuntur ab octava Pentecostes usque ad Adventum, et ab octava Epiphaniæ usque ad Dominicam Passionis exceptis duplicibus, et infra Octavas.*

De Peccatis ac peccatis  
- omnia regna sicut etiam  
- in te, ut tu punitur et  
- tu possas.

## NOVISSIMÆ VARIATIONES

IN ORATIONE

AD POSCENDA SUFFRAGIA SANCTORUM

*Ex decretis S. R. C. Septembbris 1815, et  
Smi. D. N. Pii Papæ IX 7 Julii 1871.*

### ORATIO.

A cunctis nos, quæsumus, Domine, mentis  
et corporis defende periculis: et intercedente  
beata et gloria semper Virgine Dei geni-  
trice Maria, cum beato Joseph, cumque bea-  
tis Apostolis Petro et Paulo, atque beato N.  
et omnibus Sanctis, salutem nobis tribue  
benignus et pacem; et destructis adversita-  
tibus et erroribus universis, Ecclesia tua  
secura tibi serviat libertate. Per eumdem...

§. In hac oratione nomina, Sanctorum An-  
gelorum, et Joannis Baptiste præponuntur  
Apostolis hoc modo, (v. g.) cum beato Mi-  
chaele Archangelo, cum beato Joseph, cum-  
que beatis.

### SECRETA.

Exaudi nos, Deus, salutaris noster: ut per

hujus Sacramenti virtutem, à cunctis non mentis et corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in presenti, et gloriam in futuro. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO.

Mundet et muniat nos, quæsumus Domine, divini Sacramenti munus oblatum: et intercedente beata Virgine Dei genetrici Maria, cum beato Joseph, cumque beatis Apostolis Petro et Paulo, atque beato N. et omnibus Sanctis, a cunctis nos reddat et perversitatibus expiatos, et adversitatibus expeditos. Per eumdem Dominum...

*In oratione A cunctis nominandus est, titularis Ecclesiæ, in qua celebratur, non vero Patronus civitatis seu loci; si jam nominatus fuerit titularis in aliqua oratione, omittenda est nova denominatio, etiam si legenda sit alia oratio 1.<sup>a</sup> ex diversis quæ dicitur Concede. In oratorio publico vel privato (et si celebratur in Ecclesia dedicata alicui Misterio juxta sententiam, Rev. de Herdt.) in oratione A cunctis nominandus est Patronus civitatis loci. S. R. C. 26 Januar. 1793: 12 Nov. 1831: 12 Sept. 1840.*

*In Ecclesiis duorum Patronum titulo erectis, vel simul conjungi solent, vel non. Si conjungi solent, ut Ss. Philippus et Jacobus, nominandi sunt ambo in oratione Acunctis. Sin autem, ut Ss. Carolus et Blasius, conjungi non solent, patronus principalis tantum est nominandus.*

## RME. PATER.

Parochi Ordin. Eremitarum S. Augustini in Insulis Philipinis V. P. Rmæ. exponunt.— Quod cum spiritualis Paræciarum administratio valde difficilis sit, præsertim ob numerum atque distantiam domorum, evenit quod præfati Parochi non semper per se metipsos, sed per alios Sacerdotes, quibus hoc munus demandatur in auxilium Parochorum, assistentiam infirmis in extremis laborantibus præbeant.— Itcirco nefideles, qui sodalitio cincturorum sub invocatione B. Mariæ V. de Consolatione, S. P. N. Augustine et B. Mtris. Monicæ adscripti sunt, gratiis ac bonis spiritualibus iisdem Sodalibus pro articulo mortis concessis priventur: prædicti Parochi V. P. Rmam. humillime deprecantur facultatem committendi aliis Sacerdotibus applicationem indulgentiarum pro articulo mortis, dummodo præsto esse nequeant ipsimet Parochi, vel alias Sacerdos Ordin.— *Et gratiam, etc.*

Autoritate apostólica Nobis à R. R. Pontificibus, præsertim Gregorio XIII et Paulo V. collata, uti volentes, potestatem facimus Parochis Augustinis Insularum Philippinarum committendi aliis Sacerdotibus, etiam sacerularibus ipsorum adjutoribus, impertiendi in articulo mortis utriusque sexus fidelibus cincturatis absolutionem ple-

nariam, prout à præfatis Pontificibus superdictæ Archiconfraternitati concessum fuit.

Datum Romæ è Cœnobio S. P. Augustini,  
die 17 dec. 1866.—Fr. Joannes Belluomini.  
Grlis.—Fr. Josephus Lanteri, Sccrius.—Si-  
gue un sello.

---





